Terterum specialiter ponderabam ex illis probationibus, que ex hac parte deducebant per mediatorum arteficiationis circa simulationem florenorum 400. ad pompam, seu honorificam; quidquid enim est, ac dicta probationes considerant ad effectum obstinare liberacionem a dicta summa restituente, attamen id fatus ponderabile videbatur ad effectum incipendi pars resipexi ad constituentem majorum dotis quantitatibus pro communis honorificatis, ac quem effectum, ut plures sum experti, valutari solent bona, sive danci, longe plus quam valeant, ut ita ex summa initio constituta oritur fama congrua ac honorificatio dotis, qualis non est, si juxta prædictum ac verum valorem bona darentur. Que omnia minime ponderata cum alia circumstantia restituente ex dictione, videlicet, & ex altera, quod ipsum predictum in dotem datum videbatur, ob illa verba, promete per donec, & in nomine de doti dare in campo, quod non est, si datum esset similius vera astimatione, quia ipse ager dicti non poterat datus in dotem, magnam probabilitatem inducere videbantur.

E converto difficultatem inferbar instrumentum, nimis conciliandis, & quamvis vera est propositio de qua supra, quod in discrepanti capitulorum, & instrumenti, illis potius, quam huic deferendum sit, attamen id procedit, ubi capitula sunt clara, ita ut inter unam, & alteram scripturam adit incompatibilites, sed si capitula sunt ambiguas, & capacia illius sensus, qui clarissimi explicatus habetur in instrumento, tunc illud est attendendum tanquam interpretationem potius quam correctivum, ex deducere in hac materia *sub tit. de rati. decif. 16. 179.* unde propter ea quatenus iudicis finitiae instantie judicarer contrafentum alterius iudicis instantiae precedenter, consulebam hinc parti, ut experiretur Rota iudicium, cum in his ambiguis, & conjecturalibus materialibus utpote arbitriis, certum ac determinatum iudicium non de facilis dati valeat, incertum autem est quid sequuntur sit, & de hac materia dotis astimata, vel inestimata latius infra, *decif. 158.*

ANNOT. A D D I S C. XCVII.

A Causa est supra ad *decif. 5. 6.*

TUDERTINA SUPPLEMENTI LEGITIME,
AD PETITIONEM MARIE DOROTHEÆ
DE CARROCCIS,
CUM MARIA LUDOVICA SORORE.

Responsum pro veritate.

An dos data per matrem in vita imputetur in legitimam. Et quid de dose data per patrem,

S U M M A R I U M.

- 1 Causa controversia.
- 2 Dos data correlative ad rem propriam dote non imputatur, quia non dicitur data de bonis dotaneis.
- 3 Quomodo sit computandus ususfructus.
- 4 An dos data per matrem imputetur in legitimam, & continuatur regula affirmativa.
- 5 De limitative.
- 6 Declarat in la propria, quod in materia dotis omnes, excepto patre, habentur pro extraneis,

D I S C. XCVIII.

N Upis Maria Ludovica, filia Francisci de Carroccis, jam defuncti, Herculi Clementi de Altancollis cum dose confidente in medietate honorum paternorum, ultra quam Eufrosina mater dedit scut. 302, in pecunia numerata provenientia ex pretio aliquorum censum extradotalium ipsius Eufrosinae, que haec summa de proprio tradere dicitur ad ostendendum matrem amorem quo dictam eius filiam prosequebatur. Et converto autem in eodem instrumento dotali dictus Hercules Clemens sponsum nominem spōnae promisi etiam intuitu dicto scut. 300, à matre de proprio datorum huic relaxare ad vitam ususfructum medietatis domus paternae ad dictam Mariam Ludovicam spectans.

Oblit deinde Eufrosina conditum testamento, in quo instituta herede Maria Dorothea altera filia dicta Maria Ludovica reliquit scut. 100. pro omni, & toto eo, quod ratione legitima, vel ex quacumque alia causa in eis bonis praetendere posset, dictaque Maria Ludovica dicto legato non accepit, sed petente supplementum legatum dubitari contigit, ac debetur in fidem imputari dicta feuit. 300, qua mater vivens ei dedit in dotem, atque pro veritate confutat.

Pro ea rata, quam importare potest ususfructus medicatus domus correlative cessi Eufrosinae, respondi imputationem pretendi non posse, quoniam imputationis quatio cadit in bonis, ut ex quacumque alia causa in eis bonis praetendere posset, dictaque Maria Ludovica dicto legato non accepit, sed petente supplementum legatum dubitari contigit, ac debetur in fidem imputari dicta feuit. 300, qua mater vivens ei dedit in dotem, atque pro veritate confutat.

Et ob ea rata, quam importare potest ususfructus medicatus in filiis, Sicut subfiantibus eius profecta, sit, de ceteris hereditate agitur. Hoc autem in illa rata dicta non potest, dum illa potius est pretium dicti cessionis, Ideoque Maria Ludovica eam habuisse dicitur tanquam rem propriam, ut bene in termino dotes per patrem, vel fratrem data foro, cum obligatione renunciandi iuribus successoribus, vel alios iuribus propriis, ut talis dos dicatur constituta de bonis propriis ipsius dote tanquam de pretio iurium donatorum, ceteris allegatis sit Rota in Romana dotis 3. Decembris 1632. Dunozetto inter sua decif. 267. & coram codem decif. 5. 52. alias dec. 11. n. 22. & seq. p. 8. rec. in Civitate Castelli dotis 28. Aprilis 1662. Emerix in Romana pecuniaria 8. Junii 1663. Albergato & in aliis.

Neque satisfaciens dicebam tres responsiones quæ dabatur per alium differentes; Primo feliciter quod expreße dicetur dari scut. 300. in dotem, quia ut promisisti restituere;

Secundo quod hic ususfructus spectaret potius ad vim quam ad malerentem;

Ter tertio quod dicti ususfructus valor non correspondet summa predilecta.

Primum enim responsus nullus videbatur momenti, quoniam etiam quando mulier selsipm donando, vel altera procedit, ut alius differentes; Primo feliciter quod expreße dicetur dari scut. 300. in dotem, quia ut promisisti restituere;

Secundo quod hic ususfructus spectaret potius ad vim quam ad malerentem;

Ter tertio quod dicti ususfructus durate debuissent, durante vita Eufrosinae ususfructus;

Tertia vero responsio fuisse confitetur præterea, ejusdem naturæ, sed solum dicebam id procedere in ea rata.

K 2 quæ

que dicti ususfructus valori responderet, remanente dote data per matrem de proprio in excelso.

Qui valor judicandus est, vel attenta atate Eufosina cessionaria, iuxta computationem text. in l. hereditatum, ff. ad l. falcid. ut credit Rota apud Cavaler. decr. 387. quod ramen ubi nuncquam placuit, ac verē nullum habet juris probable fundatum, licet moderno tempore disputando in Rota confinilem articulum non decisum, sed concordatum, dicta decisio magnam faceret imprecisionem, quia talis est in Romana locorum monitione de Quicellariis sub tit. de Regal. ad materiam locorum monitione dicitur 30.

Vel verius, quantum peritorum iudicis dictus ususfructus ipsæcata cessionaria esse verisimiliter estimatus, atque in contadum venditionis deducatur, iuxta ea, quo pro regulando iusto pretio censum vitalitatum, seu aliorum jurium ad vitam habentur apud Leotar. decr. 49. num. 6. & per Rotam in Bonon. Salviani 25. Junii 1629. Virili, Romana domus 3. Decembri ejusdem anni Pirovano, & habetur deductum in dicta Romana locorum monitione de Quicellariis dicitur 30. sub tit. de Regal.

Cadebat igitur quæstio in restanti summa, quam filia de substantia, & bonis maternis absque dubio in doto habuit, quod quantum esset, ex dicta valuatione pendebat.

In hoc autem regula pro imputatione per texum expressum in l. quoniam novella, Cod. de inoff. testam. ubi tamen doto data est patre quam a matre, imputandum expresso disponitur, ibi, eodem modo cum pater, vel mater profida datam, vel profita ante nuptias donationem, &c. unde propterea text. nullam adhibet distinctionem inter patrem, & matrem.

Et licet aliqui distinguant, an mater id faciat, dotoandi obligatione sublimamente erga filiam aliunde de doto non proviam, vel potius ex liberalitate, ac titulo donationis, quia filia aliunde proflia esset, qualis quod prima tantum calu intercipiatio, fecis autem secundo, in quo doto dicitur potius iure donationis, que non imputatur, ex dicta Redenac. de leg. lib. 2. tit. 2. q. 20. Cutell. de donet. 1. 2. ad viuam satiationem Redenac. cons. 75. ubi etiam imputatione doto data per patrem elaborate ac ingenito secludere conatur, quoties, vel explicite, vel etiam implicite dici potest eam ex motivo liberalitatis ac donationis potius quam iure necessitatem datum esse.

Nihilominus quidquid disputando dicti possit in Scholis, & Academias, quibus magis convenire videntur deducta per Redenac. eum textus sive literalis, in foro ita pro imputatione doto respondendum videri, nisi exprese constet de contraria doto voluntate, quod sicutem canem non tanquam extraneum ob merita personalia, vel alias accidentiales circumstantias, ob quas seculio etiam naturali stimulo amoris materni adhuc daturauisset, ita enim contra voluntate cesseat, intrat ratio Bald. magis communiter in foro recepta in l. omnimodo, §. imputatori, C. de inoff. testam. quod scilicet quamvis mater non compellatur de jure ad dotoandam, nihilominus, quia doto succedit loco alimentorum, atque pinguior de pinguis alimentis, meliorem siue collocationem producit, idcirco dicitur ita mater compelli, si non a præcia sanctio[n]e juris civilis, ab ipso tamen stimulo naturali, & ab ipso iure naturæ.

Quia ratio licet impugnetur ab aliquibus, quos late extenuerit dicta regula limitationem, licet eum concurrens recepta; ut apud Mangi, de imput. quæst. 14. Merlin. de leg. & Cutell. ubi supra, Cyriac. contro. 262. ex numer. 78. Fontanell. de pac. claf. 5. glof. 2. Carena. respondens Redenac. convar. 21. qui precedunt contro. 151. & 195. agit decadem eam, & pro imputatione doto habuit a matre tentit Rota apud Royas decr. 24. num. 5. & coram Seraph. decr. 368. num. 12. (licet in his decisionibus non meo iudicio non magnum fundamentum constitui posset, quoniam apud Seraph. dicunt præsuppositio, & per modum argumenti, & sic incident, & apud Royas ex autoribus allegatis constat, articulum non suffit formicer discutsum.)

Ideoque pro imputatione constituenda est regula, limitanda tamen, accedente contraria expressa, vel etiam tacita, & conjecturali voluntate, per quam constet datum suffit ex solo motivo liberalitatis, vel meritorum personalium tanquam ab extraneo, non autem ratione filiationis, & ex illo impulsu naturali, quem parens habere dicitur ad melius providendum proprium filium, & sic quæstio videtur potius facti, & voluntatis quam juris, an scilicet constet nece[m] de tali voluntate, que tanquam limitatio probanda est ab allegante, cum alias fundata sit intentio habentis regulam, Manic. decr. 251. num. 4. A que tali contraria voluntate accedente idem quoque in dote data per patrem procederet.

Advertendo adid, quod in hac materia multos ex nostris incidere fecit in aquivoca, quod licet excepta dote data per patrem, quælibet alia, five a matre, five ab aliis ascendentibus, in quorum bonis competet eius legitimæ, haec beatu ac si ab extraneo data esset, attamen id procedit ad effectum excludendi eam communionem actionis reperiendi doto, qua in dote protectiæ competit patri, & filia, five ad effectum excludendi reverentio ejusdem dotois ad dotantem, iuxta terminos text. in l. dos a pôtre, Cod. de pat. don. cum hæc procedant in dote protectiæ, quia solum dicitur constituta per patrem, absque titulo donationis eam facientis transire in adventitiam, ita ut nisi mater, vel alter dotans de pacto reverentio sibi confular, dos soluto matrimonio five per mortem viri, five per mortem mulieris non revertatur ad dotantem, sed remaneat genes mulierem superfluum, ad ejus hæredes transmissibilis, quamvis ex necessitate dat sit, atque ad istos effectus catæ omnes doantes, excepto patre, habentur pro extraneis, pro quo etiam ipsem habeat, quando accedit donationis titulus immutans natum dotois, eamque de protectiæ faciens adventitiam.

Venit haec nil in proposito relevant ad rem nostram, quoniam tempes doto per matrem constituta dicitur adventitiae, atque mater habetur iure extranei, etiam dotoandi necessitate urgente, idæcum ita text. in l. dos quoniam novella, esset fatuus, alius enim est accipere istum terminum extranei in sensu mere civili, pro omni eo, qui non est suis, alius vero illum accipere in sensu naturali, pro eo quia quem stimulus naturalis ac obligatio alimentorum (quorum loco legitima, & dos subrogata sunt) non impellit dotantem. Et iuxta hunc secundum sensum iste extranei terminus capiendus est, quod scilicet apparet, doto, five a patre, five a matre, doto est non ex dicto stimulo naturali, & ex caput paterna, vel materna provisione, quam ipsa natura docet erga filios, sed ex mera liberalitate, vel ex meritis personalibus tanquam erga mera extraneum, atque in hoc versatur plurimum scilicet in aquivoco; ita ut etiam, quia cum maximo labore, nimisque ingenii acumine deducuntur per Redenac. videatur quidem (atis bona apud tyrones, & Scholaris gratia) disputationis in Scholis Academias, in foro autem meo iudicio parvypendenda, adeo quod in suo calu nisi alia circumstantia, ut probabilis est, suauissim Arbitrios ad concordiam, de qua ipso testatur, illa esternis lativa, & Hospitali Medicinali prejudiciale.

Et quod verè dicta distinctio inter donationem à matre factam ex necessitate, vel sine, continet figuramentum, licet ex eisdem verbis text. in l. quoniam novella, suprà registratis, dum mandatur etiam imputatio donationis ante nuptias, que filio per matrem facta sit, & tamen hæreditate restituenda partis dotois abeo habite; vel potius dictum legatum censeatur factum animo compensandi, & de eo quod superesset assequendum ultra debitum; seu quomodo alias talis dispositio intelligenda sit.

cujus expensæ, & incommoda victoria estimationem superaffent.

Præterea dicebam, tunc hujusmodi quæsti onem intrare, quando, matre, vel alio parente legitime debito dotante, nulla obstat expressa, vel conjecturalis contraria voluntas, in cuius casu omnia cessant, quoniam licet doto natus, seu alias datus filio in vita, regula sit imputacionis exclusiva, fallit nihilominus ubi de diversa voluntate constat, ex plenæ firmatis in Romana legitime 22. Junii 1640. & 10. Februarii 1642. coram Dunozetto inter suas dæc. 584. & 649. & quarum prima est decr. 242. pars. 8. recent. ac habet plures in sua materia sub tit. de detractionib; hec autem voluntas in præsentे concurreat videbatur, dum mater sui patrimonii recte conficia, reliquerat soli. Iust. 100. pro supplemento actro eo &c. quia hæc summa juncta cum alia data in doto respondebat; unde propteræ dicebam, tunc dictæ questioni locum esse, quando matre moriente ab intestato, siuque voluntatem non aperiente, sita remanet omnino ambigua, & non ageretur de impugnando maternum iudicium, fecis econverso, atque cum ista consideratione casus videbatur planus.

Ponderari poterant pro exclusione imputationis deduceta per Surd. cons. 69, flante quod dicta nos non ipi filie, sed viro data erat, sed quicquid firme de calo de quo agit Surd. ubi de relatio per patrem per ultimam voluntatem, unde obstante indubitate regula pro imputatione, ibi agebarat de legato facto filie jam profecte in Monasterio, cuius dos promissa fuerat, unde, ex verisimili voluntate non intrabat compensandi, quia monialis nullum dominium, nec actionem nec in re nec in spes habet a hanc doto, cuius contrarium est in dote matrimonii carnalis.

A N N O T . A D D I S C . X C V I I I .

D E imputatione doto in legitimam, de quo hic agitur, videatur dicta in sua fede sub tit. de legitim. & detrac.

R O M A N A L E G A T I , S E U C O M P E N S A T I O N I S

I N T E R

Q U O S D A M M A G N A T E S .

Discursus pro veritate ad petitionem alterius Magnatis urbisque partis benevoli.

Legatum factum à viri uxori de omni eo quod ipse ob impensis in rebus dotalibus facta, seu debita soluta consequebitur, an impedit ne mutari, compensationem non dari sine oppositione, ex deducenda per Capyc. Latr. decr. 25. num. 28. ibique latius Addent. nu. 6. cum seq. Andrcol. controver. 19. & admittitur decr. 183. & 499. part. 9. recent. ubi pro compensatione ipso iure ex dictis limitationibus; ac etiam quia non datur compensatio debiti cum illo credito, quod jam praexistebat de tempore quo is, qui jam erat creditor, le constituit debitorum, Duran. decr. 404. num. 11. Ostros. decr. 18. num. 13. & decr. 332. num. 29. part. 10. recent. & habetur de his omnibus particulariter actum in sua materia sub tit. de credito; & hic erat causa, quoniam de tempore quo vir se constituit debitorum pretii dd. locorum' montium dotalium, jam erat creditor ex dictis alii cauſis, unde procedendo cum his terminis, potiora videbantur jura mulieris.

Reipondi tamen pro meo iudicio potiora videbantur jura hæredis viri, quoniam ut bene advertit Scavola int. Art. relius 29. §. filii hæredi in fine, ff. de liber. legat. quoniam liberario debitori legata censeatur, remissum est iudicis arbitrio ex facti circumstantiis regulando, ibi: ex qualitate de cœpiationis iudicem affirmatur, & late in his terminis liberatoris legato prosequitur Menoch. lib. 4. presumpt. 164. ita ut dicatur materia conjecturalis, ac potius facti, & voluntatis, quam juris.

Quo premilio, observandum quoque monebam, compensationis questionem de qua supra, cadere ubi agitur de debitis, & creditis ex diversis causis diversisque statuibus in unam eamdem personam obvenientibus, quia nempe milia debitori Tituli in causa mutui, obvenient contra eum creditorem ex causa successionis, vel cessionis, seu alterius contracitus, cum similibus; fecis autem ubi debitum, & creditum provenienti ex eadem causa, vel statu, puta ratione societas, vel administrationis, unde adint dicatur hinc inde data, & accepta, tunc enim non intrant dicti

D I S C . X C I X .

C ontrafacto matrimonio in Urbe inter duos primi ordinis Magnates constituta, dote in universo mulieris patrimonio constituite formalem universitatem, utrumque proveniente à Principis patris, & Cardinalis patris, aliorumque majorum successionibus, in istam unicam feminam de suis numerosa familia superfluum consolidatis; Princeps

Card. de Luca, Lib. VI.

dicti termini compensationis, sed potius alii administratio-
nis, seu contrapositionis in unico negotio, ita ut dicatur
calculis dati, & accepti, per quem, illis invicem concur-
positis, dicatur solùm adesse illud debitum, vel creditum,
quod ex reliquatu resultat, ut bene Bald. in leg. Merivis ar-
bitr. ff. simil. et seq. in addit. seu secunda lectur. Munoz.
de ratiocin. cap. 21. num. 22. Galeot. lib. 2. contrav. 63. n. 12.
& in terminis specialibus inter virum, & uxorem, Rota
decis. 23. num. 28. part. 9. recent. repetita decis. 74 post Mer-
lin. de p. 29.

Iste vero mihi videbatur causus, atque cum his terminis
procedendum esse dicebam, cum enim non ageretur de do-
re considente in certis ac determinatis speciebus, seu in cer-
ta quantitate, ita ut ex quadam juris fictione, & ad
quidam effectus puxa una opinionem diceret universi-
tas, vere tamen de facto effectus particularis, sed age-
retur de dote considente vere ac de facto in ampla universi-
tate constituta ex pluribus hereditatibus habentibus multa
jura activa, & passiva, cum quibus eadem universitas in
doto data est, exinde sequi dicebam, virtum confundens
effectus universitatis administratorum, qui ut rem utiliter
dicitur universitatis, seu patrimonio faceret, melioramenta
preferim necessaria, vel fatus utilia fecit, atque as alienum
sub gravioribus ultris distillavit, & econverso aliquo
bona hereditatibus, ut supra, in lati modica summa recipie-
tur erogati distracti, & sic tam debitum, quam creditum
proveniente ex eadem statione, seu causa administrationis,
in cuius casu recepta propositio est, non posse aliquem
dici negare debitorum, neque creditoris, nisi redditus, ac
dispendiis rationibus dati, & accepti, ex deductis apud
Rota. deci. 23. 443. & 595. & passim. Igitur quando vir man-
davit uxori non molestari pro eo, in quo ipse ejus credi-
tor erat ex dictis causis, intellexit de reliquatu, in quo fa-
ctis calculis dati, & accepti, atque iustis insimul contrapo-
sitius, remaneret creditor.

Ab omnium est dicere, quod si tutor, ad cuius ma-
nus pecunia, aliisque effectus pupilli obvenierunt, illorum
debitorem se constituerit, ipse tamen plus de suo in tutela-
ri administratione erogasset, relinquenter pupillo libera-
tionem de eo quod conquisit debet, ita dispositio intelligi
debetur de toto eo quod erogavit de suo, cum obligatione
solvendi totum id, quod ex effectibus pupillarum ad ejus
manus obvenierunt, quoniam huiusmodi dispositiones intel-
liguntur de reliquatu; eodem modo, quo non feme sub isti
de credito, praeterit in Romana pro Monte Pietatis cum
Altovito, habetur de fiduciis administratoris se obligante
ad certam summam tantum, quoniam intelligitur de re-
liquatu, non curato eo quod conquisit erogatum de proprio
ad beneficium ejus, cuius erat administrator ita pendens,
quia tunc non disponit rationibus, non datur neque debi-
tum, neque creditum; & hic videbatur causus, unde pro-
prietate extranea videbantur omnia, in qua scriberent hinc
inde statu se involvisse videbantur, circa compensationem
ipso jure inducendam, vel circa punctum, an illud debi-
tum viri dicendum esset in specie, vel in quantitate, dum
agebatur de distractione locorum montium, quidam poten-
tia fundis dotalis, seu etiam, an & quando vir, vel ejus
heres retinere possit dotedem ob expensas in rebus dotalibus
factos, cum in nullo ex his terminis ut supra versari vide-
mur, & hanc diu mihi videri veritatem.

ANNOT. AD DISC. XCIX.

A d materiam imperiaturum factarum, de quibus, earum-
que liberatio hic agitur, videantur deducit infra, & voltum ce-
dat danno viri, vel ejus patris.

HORTANA LEGATI DOTIUM,

Consilium pro veritate ad petitionem

JULII CESARIS COLUMNAE
PRINCIPIS CARBOGNANI.

De legato suis dotorum dotalium praestandardorum
pauperibus puellis de familia, quibusnam puellis
convenient, & an etiam conjunctis testatoris
per cognitionem: & quid ibi non adsumt puellae
agnatae, vel in lati tenera etate nuptiis in-
congrua.

S U M M A R I U M .

- 1 Casus controversie.
- 2 Sub nomine familie, quiveniant, & legatum subsidiorum dotalium puellis de familia, quibus conveniat.
- 3 An praesumatur familiæ identitas ex identitate cognominis.
- 4 Quid aziendum sit de iibis subsidiorum, ubi puella de familia non adsumt nubiles.
- 5 Subsidiaria relata pauperibus in genere dantur cum aliquo cumulo illis de sanguine testatoris.

D I S C . C .

Egavit quidam testator de Castro Bassanellæ de familiâ de Celestini, quandam summam, cujus fructus singulo quoque biennio per Communitatem dicti loci præstat debent pro dotali subsidio uni ex pauperibus puellis gradu proximioribus familiae ipsius testatoris, unde cum non adsumt puella nubiles de familia, sed in tenera etate pupilli, ac donatione incongrua, prætentebant quod ambe puella nubiles, testator per cognitionem conjunctæ, ipsi dictum subsidium præstari debere. Cumque super hoc ob oppositionem illorum de familia inter illos de dicta Communitate aliqua esset discrepancia, siue de loci Dominus meum pro veritate certum pessit, ad effectum prescribendi normam pro omni tempore in futurum.

Respondit, regulam assistere videtur illis de familia, seu agnata, quoniam licet familia vocabulum in eius lata significacione, etiam conjunctis per congregationem conveniat, ad text. in leg. fin. Cod. de verbis significatis, plene Tirag. de retrali. lign. 5. ff. 9. numer. 237. Tondit. quest. 47. n. 25. & seqq. Rota deci. 101. numer. 13. part. 6. recent. & habetur deductum praestitum in Romana protectione sub tit. de preminentiis, disc. 13. Nihilominus in ultimis voluntatibus, atque attendo communis iuri loquendi non convenienti, nisi illis de agnatione, ac ejusdem cognominis, quod solum in huiusmodi parvis locis attendendum videtur non curatis insigniis, seu gentiliciis stemmatibus, quorum usus inter personas inferioris conditionis habet non solez, atque hoc jure passim usimus in materia fidicommissorum, vel jurispernotatus, in quibus frequenter cadiunt hic articularis super dispositiōnibus factis ad favorem illorum de familia, quoniam sola quaestio esse solet, an intelligantur solum de familia effectiva, vel etiam de contentious, & quatenus quoque de ista, intrare solet quæstio super identitatem, ex iis, que frequenter deducta habentur sub tit. de fidicommissis praestitum in Romana primogeniture de Capitulicis, disc. 50. Ideoque concludebam legatum non convenire, nisi illis de dicta familia Celestinorum, servato tamen ordine proximitatis gradus, dum testator proximiores vocaverat, sub eo presupposito, quod confor-
tit de identitate familiae, à qua proveniebat testator, cum solanuceptu in proposito sufficere non videbatur, licet in parvis locis non constito de diversitate, presumptio sit pro identitate, ex deductis per Fab. de ann. confil. 88. Capyc. Latt. 3. numer. 99. cum seqq. & habetur in dicta Romana primogeniture de Capitulicis, & in Melcytana habitus de Miro sub tit. de preminentiis, disc. 32. licet hoc solum presumptio non sufficeret ad istum effectum, nisi constaret de dicta descendencia à stipe communis, seu quod maiorum illorum, qui aspirant, se tractaverint tanquam conjuncti, ex deductis per Lother. de benef. lib. 2. quest. 11. numer. 100. cum seqq. & in dictis locis, ac etiam pluries sub tit. de iure patrum, unde in concursu puellarum de familia testatoris, ut supra, cerum dicebam puellas cognatas adsumt subsidium aspirare non posse.

Dificultas erat, ubi dicta puella non adsumt, nisi spe-
rate, & in potentia, seu adsumt, sed in tenera, & in
congrua etate, qui scilicet de huiusmodi fructibus, ut
supra singulo quoque biennio distribuendis, faciendum es-
set; & tunc sequendo proxim, qua in pluribus Italæ
Civitatibus habetur in Montibus familiarium destinatis ad
maritaggini puellarum de familia, de qua species montium
habetur praestitum apud Capyc. Latt. consulf. 127. & ali-
quando hoc eodem tit. etiam in sensu, fructus cultiglari de-
bere pro priuogato subsidio dd. puellarum de familia, ad
hoc, ut quanda ad nubilem etatem devenerit, majus sub-
sidium habent, cum quo honorificenter colloccari possent,
quod videbatur testatoris verisimili voluntati magis adapta-
tum, ut in proximis terminis Eugen. confil. 78. lib. 2. parte
præ-

De Dote, Disc. CI.

praestitum nimis modicata fructuum singulo quoque bienio satis exiguum subsidium constituentium; ubi enim adsumt puella capaces indigentes, id curandum non est, quoniam pro una dota non debent aliae vocatae excludi, atque servanda est voluntas testatoris in verbis, & prout jacet; sed ubi ista necessitas non subsistit, congruus, ac verisimili voluntas testatoris videatur iste cumulus, ob maiorem honori-
ficentiam exinde resulantem; unde propterea videtur in
praxi Signaturæ Gratia fundata in verisimili testatoris volun-
tate, quod relictis subsidiorum dotalibus singulis annis pau-
peribus puellis in quadam determinata summa distribuendis,
concedunt plurium annualitatum, seu subsidiorum cumulus pro una solum puella de sanguine testatoris, cui majus sub-
sidium congruat, ex deductis apud Duran. deci. 171. ubi ve-
ro nullus adsumt puella de familia, tunc ne fabrica juxta-
sus facultates hoc fructus tanquam ob legatum non imple-
tum sibi applicari, dicibam intrare aequitatem arbitrium
pro dicti legati distributione, atque istud bene regulatum in-
terponendum est ad favorem conjunctorum testatoris po-
tissimum, quād extraneorum, ad quāt̄ consentit deducta per
Dianam, par. 4. tral. 4. refol. 140. & p. 3. tral. 6. refol. 29.

ANNOTAT. AD DISC. C.

E St notatum supra, disc. 6.

ROMANA RESTITUTIONIS DOTIS

PRO HEREDITIBUS FRANCISCI N.

Ad instantiam JOSEPHI MAGNI fidicollis, CUM N.

Discursus proveritate, juxta quem per A. C. & Signaturam
judicatus fuit.

Ad materiam Statuti Urbis 130. de dote per fratre-
rem data, ut ad eundem reverti debeat, quo-
modo id intelligentem sit, & in qua specie dotis;
& quid ubi mulier debeat, cum testamento.

Et de Statuto Januae circa facultatem competen-
tem, vel denegandam mulieri disponendi de do-
te, an intret, ubi dotis constitutio iam effectum
sortita est cum matrimonio, quod postea detecta
est nullum, unde dos remanet merē putativa.

S U M M A R I U M .

- 1 Ex Statuto Urbis dos a fratre data ad fratrem reverti.
- 2 Fallit, sed data est ex bonis paternis.
- 3 Item data correspicit a fratre revertitur.
- 4 An dictum Statutum procedat, quando mulier debeat condito testamento.
- 5 De eadem conclusione, ejusque fundamentis, ut Statutum procedat etiam condito testamento.
- 6 De intelligentia Statutum defernens dotem filii, & que differencia interstat Statutum, & ius.
- 7 De alia limitatio dicti Statutum.
- 8 De stipulatio reddendam mulieri, vel cui de iure, quid operatur.
- 9 De alio causa controversie super Statuto Januae.
- 10 Quod dos bonis fidicollis habetur pro vera dote ad omnes effectiones, & privilegia.

D I S C . C I .

M Ortua Elisabetha per Franciscum fratrem dotata, fine
filii, condito testamento, in quo alterum quam do-
tantem heredem instituerat, inter dictum heredem, ac frater-
rem, vel ejus filios, orta est controversia fundata in Statu-
to Urbis 130. disponente dotem à fratre constitutum for-
tis, ita fine filii morientes, ad ipsum dotantem, vel ejus
heredes reverti debet, cuius Statutum dispositio in hac faci-
specie de plano intrabat, cum ageretur de dote per fratrem

de bonis propriis ex sola fratera charitate, licet quandoque
obligatoria, constituta, unde non intrabat difficultas, de
qua apud Cavaler. dec. 168. Merlin. deci. 32. numer. 1. & deci.
38. post Cenc. de Cen. & in aliis, ubi scilicet frater dotar-
tur de suis, fed de paternis, vel maternis ad fatiscendum
Statuto exclusivo feminis dotare à successione, & in ex-
clusione, compensationem, quo casu Statutum non intrat,
qua mulier dicatur dotaria de suo, minime intrabat alte-
ra difficultas, de qua apud Dunozettum deci. 528. alias deci.
110. part. 8. recent. ubi scilicet frater dotar quidem de bonis
suis, sed reportat à fratre renunciationem parentum, vel
aliorum successionem, quia tunc pariter Statutum non intrat
cum mulier dicatur etiam de suis bonis dotata; ex quo id,
quod per fratrem de suo datur, dicatur potius premium ju-
rium renunciatorum, ut in precedentibus.

Quare unica difficultas in eo consistebat, quod dicta Eli-
4

merlin. non decebat ab intestato, sed condito testamento
in cuius casu Statutum predictum non intrat motivatur
apud Merlin. d. dec. 32. n. 15. atque super hoc puncto de meo
judicio pro veritate interrogatus fui, an scilicet hoc moti-
vum, subficeret, nece.

Respondeo ulque tunc mihi incertum esse, an hic punctus
post dictam decisionem Merlini sub majoris dispensationis
trinita positus est, cumque dicta decisio veret-
talis in proposito censenda non est, nedum quia una tantum parte
informante edita, sed etiam quia vero, ac principaliter
confitit in aliis fundamentis, an. 1. ad 31. hoc autem funda-
mentum motivatur ex solo sensu aliquorum, ut n. 14. & seqq.
ideoq; dici non potest decisio Rota, sed potius privatum
suffragium, ut apud Peniam dec. 5. in fine; idcirco liberum
remanebat materialis discutere per rationes, & argumenta
ab his nota temeritatis.

Dicibam igitur, mox utrum praestitum deduci ex theorica 5
Castren. in leg. scum dotem, num. 11. ff. solut. matrim. fir-
mant, ut disponente Statuto, quod filii in dote succedant,
illud intelligentiū sit fratre hereditario, & ab intestato, vel
etiam ex testamento eorumdem filiorum favore ordinato,
fecis autem contra voluntatem testatoris; verum adver-
sus hanc theoriam duo dicti possum. Primo nempe, quod
de illa lati dubitari potest etiam in suo casto, cum potius sub-
stantia voluntatis statuentiam ampliandi legitimam filiorum
ad totum dotem, quam cortex, & figura verborum attendi
debeat, ut de confimilibus Statutis deferentibus filii succes-
sionis in dote habetur infra in Urbevetana fidicollis,
& in Bituntinga fidicollis disc. 104. & 105. & in aliis su-
per successione necessaria filiorum in dote, & secundo, quod
Castren. loquitur, ubi Statutum utitur verbo *excedant*, quod
de sui natura hereditario qualitatem importat, fecis au-
tem, ubi alio verbo, vel termino utitur, puta *habent*, *ob-
tinant*, *luculent*, ut per Honded. conf. 16. lib. 2. Olafach.
decis. 20. n. 6. cum seqq. Merlin. de legi. lib. 4. tit. 2. qu. 3. num.
4. deci. 653. n. 7. part. 2. recent. Bituntinga fidicollis 28.
Junii 1652. coram Albergato edita in eadem Bituntinga, de
qua infra, disc. 104.

Dubitari tamen posse subjungebam de hac secunda respon-
sione, quia non multum tuta videatur, non quia distinctione
non sit vera, & recepta, sed ex defectu applicationis, ex eo,
quod dicti potius, ut potius versetur in prima parte distin-
ctionis, dum Statutum utitur verbo *revertatur*, quod tan-
quam commune videtur esse ejus ponderis, & nature, quae
le est verbo *subcedat*, ut deci. 710. m. 4. part. 1. recent. &
Merlin. d. deci. 32.

Ponderabam etiam, quod cum Castren. & sequaces lo-
quantur de filiis succedentibus in dote materna, non vide-
runtur ejus theoria applicabilis ad causam huius Statutis ob-
longam differentiam. Primo enim casu filii nihil dederunt de
suo, sed agunt de merē lucrative successione in bonis perfe-
cte effectis de patrimonio mulieris, unde exorbitantia ad-
ficitur hinc, prohibiendo liberata facultatem testandi, fe-
cis autem in feudo, in quo frater agit magis de causa one-
rofa, & per reveris honorum ad suum antiquum domi-
num, fed ut primam suam cauam, ita ut Statutum induce-
re videatur presumptionem, quod frater dorando non libe-
re donec volerit, sed causative, & sub implicita revertio-
ne cestante fratre; adinfrat eis, quod lex dispositio de dote
filia, juxta tex. in 1. d. a. patre, Cod. de juri. dotum,
qui utitur eodem verbo, seu termino, revertatur, unde
propter haec substantia voluntatis statuentis attendi
potius debet, quam formula verborum ponderata per Ca-
stren. ob notabilem diversitatem, ut supra.

Quamvis autem credere mortuum esse validum; atta-
men requirent, cuius intererat illud subficerere, insinuabam
de posse dubitari, de illius administratione ob dictas punctuales deci-
siones, seu doctrinas contrarias, quae juxta hodiernum
pragmaticum stylum per judicis alius non examinando at-
tendit solent, rejiciendo rationes, quae ex iuri principiis de-
finitur tanquam Advocatorum radicinæ; potissimum, 7
Statuto exclusivo feminis dotare à successione, & in ex-
clusione, compensationem, quo casu Statutum non intrat,
qua mulier dicatur dotaria de suo, minime intrabat alte-
ra difficultas, de qua apud Gratian. d. tept.
769. n. 83. & seqq. motivaverit illud procedere, quoties mu-
lier

lier decedit ante virum, secus autem in statu viduitatis, quod motiyum neque placet, cum nullum habere videatur rationabile fundamenatum.

⁸ Demum considerabam, quod quicquid esset de præmis in generis, in hac tamen facti specie poterat dote debitam esse fratri stante stipulatione restituendam mulieris, vel cuius de iure. Ex forma statutorum erit restitutio, unde cum Statutum mandet dote reverti ad fratrem, ita videatur pro expresso stipulatum esse, ad text. inl. cum maritus, §. finali, ff. de patr. Cacherian. decisi. 20. numer. 6. Sanfic. decisi. 128. Verum adverbiam posse dubitari de applicacione, quoniam texus predictus loquitur, ubi positivè stipulatum est fratri reddi; fidei quod applicari posset, ubi indefinitum Statutum huiusmodi reveriorum demandaret, atque stipulatio simpliciter concepta est ad favorem eius, cui Statuta mandant; sed cum stipulatio esset alternativa, concepta ad favorem mulieris, vel eorum, quibus de iure, &c. illa formula nihil alterat, sed utrumque præposita, nullam inducens dispositionem, intelligenda venit diligenter, & in suis causis singula singula congrue refrendo, ut scilicet quando Statutum inter, ceterarum etiam stipulatio pro fratre, qui pro dote recuperatione in suo casu huiusmodi stipulatione juvatu possit, nam alius esset presupponere pro conclusione id, quod est in questione; idèo concludendo dicebam pro mea sententia, probabiliores quidem videri partes fratris, possimne ex dicta consideratione deficiens applicationis theorica. Cofr. ob nimiam diversitatem inter præsentem casum, & illum, de quo ipse agit, ut supra; verum quod non audebam desipere ut sum formare judicium super victoria, stante quod, ut dictum est, hodie hac dicunt ingeniosi Advocato, cum ratione, non de facili attendenda, ubi urgat in contrarium dictio, vel alia authoritas, quamvis obiter id dicatur; dicebam tamen casum eis stipulatione dignum, & in quo honesta concordia cadere posset, sed ista non deducitur ad finem culpa alterius partis nimis turba se credentes in allegatis authoritatibus, pro fratribus hereditibus ab A. C. judicatum fuit iuxta votum, atque Signatura canonizando iudicata, recipit clausula, fine prejudicio.

⁹ In proposito autem huiusmodi Statutorum prohibentium mulieritatem habentem de dote disponere, in una Januensi cum in ea Civitate adflet Statutum lib. 5. rubr. 2. de fam. doantibus disponens, quod feminis mortientes, dote adhuc eis non relata, vel constituta, nil ad heredes transmittere possent per dendum at tributis, vel fratratus filiis; ubi vero constituta, vel relata sit pro matrario, vel monacatio, liberae habent disponendi facultatem, si fratres, vel fratrum filii masculi non superint, casus autem dederit, quod Anna Maria filia Hieronymi nupserit alteri Hieronymo cum congrua dote ex Magistratus decreto ad formam ejusdem Statuti ex paternis bonis constituta, deindeque tracta temporis ob perpetuum coeundi imponendum viri etiam per tempore matrimonii mulier obtinuerit ab Ordinario per sententiam in judgmentum transtactam, ac effectuatum, dictum matrimonium invalidum declarati cum eius libertate alteri remibendi; hinc, incertum est ex qua parte, pro veritate confutus fui, an praefata mulier, quamvis fratres, vel fratratus filios masculos haberet, posset necesse de dicta dote in extraneis disponere.

Respondi affirmative, quoniam Statutum ad literam loci, qui videatur de dote legata, seu definita pro futuro carnali, vel spirituali matrimonio, ut clare probant illa verba, per Maritare, seu Monacare, & sic pro actu de futuro, adeo ut si dictum matrimonium fuisse validum, eoque confundente, vel per mortem viri disoluto, mulier disponere vellet tanquam de suo patrimonio, non videetur dubitandum, id ei licitum esse.

Quo posito, idem respondi dicendum esse isto casu, quoniam licet nos nomen ac essentiam recipiat a matrimonio vero, sine quo non datur, unde propriece dote illud ita nonquaque adiuvare, vere dico non valeat dote extitisse, at tamen cum nullitas proveniret a viri impedimentoo, cuiusdam famulier erat ignata, & consequenter quoad eam fuerit matrimonium putativum bona fidei; hinc proinde dixi hanc dicendum esse dote vere confitutam, per quam implenta est conditione necessaria, ut mulieri perfide quæratur, ut in specie quod dote constitutio purificata dicatur per matrimonium bona fidei putativum, ad effectum ut mulieri perfecte, ac irrecovaliter acquiratur, probant text. in l. si donaturus, in principio, & l. si extraneus, ff. de conditi, ob caus. cum concord. per Bald. Novell. de dote part. II. in fine num. fin.

A N N O T . A D D I S C . C I . cum seq. ad CIX.

DE modo succedendi in dote, & quando mulier habeat eius dispositionem necesse, quod agitur in his dispensibus, agitur etiam plurices sub tit. de sidecomm. & infra in hoc tit. decisi. 146.

**BENEVENTANA DOTIS, SEU PECUNIARIA,
PRO MICHAEL ET FRATRIBUS DE MORRA,
CUM GOFFREDO pariter de MORRA.**

Casus dispensatus coram A. C. & pro utraque parte respectivè resolutus, postea concordatus.

De confuetudine Civitatis Neapolis nupserunt Capuan, & Nidi, alias more nobilium, seu alla novia maniera, super modo succedendi in dote, & super mulieris facultate de illa disponendi in prejudicium filiorum, vel aliorum.

S U M M A R I U M .

- 1 Casus controversie.
- 2 De prescriptione statutaria Urbis, & Beneventi.
- 3 De confuetudine Capuan, & Nidi circa dote successione.
- 4 Forenses, & non fideliter possenti ex conventione se subiecto legibus, & Statutis particularibus loci.
- 5 Dicitur de confuetudine procedit per ultimum voluntatem, non per ultimum inter vivos, & n. 7.
- 6 De aliacea de limitatione, ut non procedat in muliere eiusdem, minime que in bonis extra territorium.
- 7 Declaratur conclusio, de qua n. 5.
- 8 An mulier, quo contraxit primum matrimonium iuxta confuetudinem possit contrahere secundum more Magistratum.
- 9 Declaratur limitatio, de qua n. 6.
- 10 De Statuto prohibente coniugi disponere, ut intelligatur etiam si statu viduitatis disponat.
- 11 An & quando dicta confuetudines capiant bona dotalia existentes extra territorium.

D I S C . C I I .

Cum N. de Morra contendit amita, prole carens, per viam donationis inter vivos facta in statu infinitatis, & dum erat mortis proxima, de ejus dicto disponitum est ad favorum Goffredi, alii neglegunt, atque hic pulsat per fratres de Morra ad confuetudinem dicta dote pro eorum virili tanquam heredes dotantis, tam pro forte principaliter, quam pro fratribus in factu notabiliter quantitate decurrit, ita super istis efficit major controvergia effectus, de quibus rei conventi excipiebant. Primo, nempe quoad fructus de prescriptione statutaria dupliciter concurrent, dum in Urbe tanquam loco judicii adest Statutum indicens prescriptionem, seu verius presumptum solutio nem non solum annum 16. annorum, & in Civitate Beneventana contenditum patria in origine, & domicilio adest confitebitur Statutum cum sola diversitate temporis, cum ibi exigitur silentium annorum 20. Et quamvis utrumque exciperetur causam dotes, in qua proinde statutaria prescriptio non intrat, nihilominus hujusmodi exceptio non comprehendit fructus, qui jure simplici crediti pecuniarii regulantur, ut per scribentes pro actore non controvertetur, cum sit propositio in Curia receptissima, foliisque disputatio fuit super competentia restitutio in integrum, quam actor sibi prodebat ex iustis causis contendebat, de quo puncto utrum ad dote materiam nullatenus pertinente actum habetur sub titulo de credito, ubi agitur de materia solutionis, sub qua potius quam sub illa mutationis.

De Dote, Disc. CII.

peret causam dotes, in qua proinde statutaria prescriptio non intrat, nihilominus hujusmodi exceptio non comprehendit fructus, qui jure simplici crediti pecuniarii regulantur, ut per scribentes pro actore non controvertetur, cum sit propositio in Curia receptissima, foliisque disputatio fuit super competentia restitutio in integrum, quam actor sibi prodebat ex iustis causis contendebat, de quo puncto utrum ad dote materiam nullatenus pertinente actum habetur sub titulo de credito, ubi agitur de materia solutionis, sub qua potius quam sub illa mutationis.

Altera reorum convertorum exceptio erat circa formam principalem obficiem potestem militaris disponendi de dote, in vim confuetudinis Capuan & Nidi alias nupserunt more nobilium, seu alla novia maniera: juxta quam in instrumento dotali partes convenirent dote successionem, ac alia regulari debere, quia confuetudine astante, mulier moriens superficiens filius disponere non potest in eorum prædictum, nisi de decima parte, in reliquo vero novem habet, ut Regnicole dicere solent, os claudunt, manus ligant, & arbitrium refranunt, quando verò moritur sine filiis, disponere filium potest de medietate, alia medietate ad dotantes revertenda, ut constat de dicta confuetudine registrata inter confuetudines generalales Civitatis Neapolis post confuetudinem. Incipit. Si quis, vel quia, fol. 132. iuxta compilationem Salerni, & de qua agunt Apont. cons. 9. & ceteri, de quibus infra; illaque in hac parte conformis est confuetudinibus generalibus, ut in confuetudine incipit. Si qua moriens, & in altera incipiens. Et si testator; & quamvis contrahentes essent Beneficiari, nihilominus ultra quod fine expressa conventione dici poterant dicta confuetudini subjici, dum sunt non nobiles de platea nupserunt Nidi, pro quibus illis alterius platea nupserunt Capuan dicta confuetudines introductae sunt, cestabat omnis difficultas ob expressam conventionem iuxta confuetudines predictas matrimonium conferente contrahutum.

De iure enim non dubitatur posse forenses, seu non subditos ex conventione se subiecti Statutus alias non obligatorios, qui talia officiuntur, non in ratione authoritative, sed in ratione conventionali, ut in terminis Rovit. dec. 100. n. 5. & generaliter Abb. conf. 33. lib. 2. passim recepto, possimne quia in toto terre Regni inter nobiles receptum est ita contrahit matrimonio, quod in individuo de hac Civitate Beneventana contractat dec. 388. part. 4. rec. & ex aliis, de quibus infra.

Non negabantur haec per scribentes pro actore, sed negetur haec per confuetudinis applicatione ad factum ex duplicitate. Primo, quod cum loquatur per verbum disponere, intelligatur de dispositionibus per ultimum voluntatem, non autem per contractum, per cuius viam controversia dispositio facta erat, ut punctualiter firmatum fuit per Rotam dec. 879. num. 1. part. 4. diversorum eamdem confuetudinum interplexorum Neapolitan. in confuetudine, qua moriens, viro, disponere, Afflit. dec. 137. Franc. Latt. confut. 123. & ceteri, de quibus infra, in Neapolit. disc. sequent.

Secundo, quod eadem confuetudo locum habet, debet in muliere uxorata, que viro superficie decedat, ut pariter firmatur dicta dec. 879. n. 3. part. 4. divers. Et tertio, quod eadem confuetudo non capiat bona extra territorium Civitatis Neapolis, ex recepta conclusione, de qua sepius subtit. de successoribus ad materiam Statutorum exclusi vorum, & alibi.

Nullum ex his fundamentis subsistere dicebam: Non quidem primum, quoniam licet vera sit dicta interpretatione, ut verbum disponere, intelligatur de actibus per ultimum voluntatem, non autem per contractus, attamen id intelligentium venit, quoties actus sit sincere, & abficio fraude, focus ubi ex facti circumstantiis confat, & gestum esse a fraudandam legem, que sic alias facta remaneret, atque imposta dicetur potius verbis, quam rebus; facti illorum enim est forma disponendi per viam contractus quam ultime voluntatis, cum in primo cafo duo testes cum Notario sufficient, in altero anno septem, vel ad minus quinque resiguntur, unde irridibilis, ac nunquam operativa dicta confuetudo remaneret, si justa causa cestante, dum mulier est infirma, & morti proxima, quo causa de jure inesse dicitur, ex illis, quia in materia subinfeudationis, vel refutationis feudi cum similibus habentur late deducta in Senog. fratribus, sub tit. de fidei decisi.

Minors subtiliter dicebam secundum, salva enim reverentia, quam ex iure proficeri dicebam erga Rotam authoritatem, hoc mihi videbatur, ut liberè infinitabim, aquivocum clarum potius extenforis decisionis, quam Tribunalum, utpote nullum penitus habens fundamentum rationis, vel authoritatis, quoniam contrahit apud Regnicolas, de quibus supra, tanquam absolutum habent in supradicta questione, in qua præsupponitur mulier vidua, qua mortuo primo viro, cui justa causa confuetudines nupserant, ecundas nuptias contrahere velit more Magnatum, si enim subficeret hæc limitatio, proflorus inani susterit labor d. punctum adeo acriter disputare.

Quodque Statutum suppliciter prohibens viro, vel mulieri disponere, intelligatur tam de uxorata quam de vidua vidua conf. 101. Alex. lib. 3. post Barbo. in rubr. solut. marri. 10. part. 4. num. 22. & alios probabant authoritate ejusdem Rot. in Fanen, nullitatibus apoca 13. Martii 1648. coram Rojas in-